

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria eterna d  
cum fonte primo

Illuc festinate ubi semper uiuatis.

Si enim sic amatis istam miseram fluuidamque uitam,  
ubi cum tanto labore uiuitis et ubi uix currendo, satagendo,  
sudando, spirando necessariis corporis satisfaciatis;  
quanto magis amare debetis uitam eternam,  
ubi nullum laborem sustinebitis,  
ubi semper summa securitas,  
summa felicitas, felix libertas, felix beatitudo;  
ubi implebitur illud quod Dominus dicit in ewangelio:  
Erunt homines similes angelis,  
  
et illud: Fulgebunt iusti et cetera.

Augustinus de utilitate agende penitencie.

Vitam igitur aeternam ex omnibus praecordiis vestris amate,  
quam nunquam in saecula finiatis;  
illic festinate, ubi semper vivatis,  
et ubi jam mori nunquam timeatis.

Si enim sic amatis istam miseram fluidamque vitam,  
ubi cum tanto labore vivitis, et ubi vix currendo, satagendo,  
sudando, spirando, necessariis corporis satisfacitis;  
quanto magis amare debetis aeternam vitam,  
ubi nullum unquam laborem sustinebitis,  
ubi summa semper est securitas,  
secura felicitas, felix libertas, libera beatitas;  
ubi implebitur illud quod Dominus in Evangelio dicit:  
Erunt homines similes angelis (Matth. XXII).  
Similes utique non substantia, sed beatitudine.  
Et illud: Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum (Matth. XIII, 43).

Audoenus Rothomagensis, *Sancti Eligii Noviomensis episcopi vita*, 2.15  
(PL 87, col.544A-B).